



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

ANNO. IN HIOB

dominū, gaudio spiritus sancti in domino impleberis, habebis fiduciā rogādi & petēdi, & ipse dabit petitionē cordis tui, uerba tua nō erūt uana, qcquid dixeris, pmouebit, adeoq; oīa tua studia, scēlicia erunt.

QVONIAM QVI HVMILIATI &c.

Quod aliās dicitur: qui se humiliat, exaltabitur, et Dominus erigit elisos, et de stercore erigit pauperē.

LIBERABITVR VAE INNOCENTIS.

Id est, innocens, liberabitur ab adflictione, propter puritatem animæ suæ. Bene omnia dicta sunt, sed ab Eliphaz carnaliter intellecta: nam prudentia carnis, existimat benedictionem extrinsecus, in hoc seculo, pijs contingere, impijs uero maledictionem: sed ueritas docet, benedictionem pijs in hoc seculo, sub maledictione, uitam, sub morte, salutem, sub damnatione: econtra, impijs sub benedictione, maledictione, sub uita, mortem, sub salute, damnationem contingere.

CAP. XXIII.

Respondens Hiob, dixit. Adhuc hodie amara est quærlatio mea, manus mea grauata est in gemitu meo.

Quis dabit ut sciam, ubi inueniam eū, & accedam usque ad solium eius?

Vt disponam coram ipso iudicium, &

os meum

os meum repleam increpationibus.

Vt cognoscā sermones, quos respondeat mihi, & intelligam quid dicat ad me.

Nunquid fortitudine contendet mecum? non sic insurgat aduersum me.

Proponat æquam reftitudinem secū, tunc iudicabo ad uictoriā iudiciū meū.

Ecce si progressus fuero, non adest, si retrocessero, non animaduerto ipsum.

Dum se uerterit ad sinistram, non apprehenditur, si calauerit se ad dexteram non uideo.

ADHVC HODIE AMARA EST. Hoc capite docemur, quā graue pondus sit iudiciū Domini, si circa Verbum, aut Christū aspiciatur: dein, quā difficilis, imò impossibilis sit aditus ad Deum, sine mediator: adhuc, inquit, grauor, nihil profunt uanae uerba consolationes, nihil iuuant paraneses uestræ, nō adiuuant quicquid grauitati crucis: quicquid enim in memoriam est, propter doloris magnitudinem, deficit.

QVIS DABIT VT SCIAM &c.

Ante admonitus est Hiob, ut adquiescat cum Deo & pacem cum eo habeat, nunc respondet: si maxime uolero cum ipso pacem pacisci, ubi inueniam eum? atque o uinā liceret mihi solum Dei adcedere, tantum

ANNOT. IN HIOB

abest, ut in caussa deficerem, ut potius Dei iudicium, in me infontem latū, manifestis argumentis reprehenderem. Vide obsecro, quid cor humanum sentiat, crucem sine Verbo aspiciens: non male Hiob sentit, quod fateatur adfluctiones, immerito sibi accidisse, sed hoc à pietate alienū est, quod aduersus Deum, præfracti-

**Peccat Hiob  
blasphemis**

us & contumeliosus loquatur, quā humilitas fidei ferat: ait enim, non habet Deus quo me uincat aut operimat, nisi potentiā suā: atqui sic, & quæuis bestia, paulo ferocior, posset me superare, sed equo Marte me adgrediatur, æquis uribus mecū contendat, si proponat in iudicio causam caussæ, iusticiam iusticiæ, non potentiā imbecillitati, tunc certum mihi uictoria trophæum polliceor: nam si hoc pacto, liceret mihi, eum in ius uocare, ita agerem causam meam, ut manifestis argumentis declarare, eius iniusticiā, adeoq; os obdurarem, ut ne uerbū quidem mutire contra auderet, si modo mecum æquis, ut dixi, conductionibus, non potētia & maiestate cōtenderet. Fingitur apud Poetas, gygantes Ossa & Pelio montibus congestis, uiam in cœlū sibi peraxisse, ut Iouem de cœlo deturbarent, sed fulmine tactos, concidisse: non hoc omnino uanum est, nam sub his inuolucris, etiam humana ratio

**Impij cordis  
arrogantia**

cordis à Deo arrogantiam et blasphemias delinquit: si enim quisquam, regno, potentiāq; inter homines potiatur, aut alio quoquam egregio munere citra

Verbum

Verbū &  
gula remu  
andeat et  
Esai. 14. In  
familis ero  
Deus ego  
uictoria don  
nes, iustu  
Verbo me  
los habens  
cū Deo, eq  
misericord  
ECC E,  
Maxi  
æquis con  
iam reper  
pleat, &  
cedere nec  
RE, siue a  
sue ad fin  
mūq; com  
cum sine n  
ingressu, p  
ita & ma  
adumbrat  
bet lex, Q

Verbū & manū Domini cohibentē, aut potius repam  
 gula remitentem, fungatur, tanto fastu superbit, ut  
 audeat etiamnum, suam potentiam, Deo equare, ut  
 Esa. 14. In cœlū, inquit Neducadnezar, conscendam,  
 famulis ero altissimo. Ezechiel. 28. Princeps Tyri ait.  
 Deus ego sum, & in cathedra Dei sedeo. Ita si quis  
 iusticia donatus fuerit, & postea ingruerint afflictio  
 nes, iniusticiæ stipendia, qd tum sentiat cor humanū.  
 Verbo mediatore destituitū, solā crucis speciē ob ocu-  
 los habens, uel unius Hiob declarat, q̄ audet etiānum  
 cū Deo, a quo Marte cōtendere, usq; adeo miserū est,  
 misericorde Deo destitui, & solum iudiciū sentire.

ECCE, SI PROGRESSVS FVERO &c.

Maxima animi libentia, Deum conuenirem, ut  
 a quibus conditionibus mecum certaret, sed nusquā gen-  
 tium reperire eum licet, quanq̄ enim Deus omnia re- Sine mediator  
 pleat, & omnia sit in omnibus, non tamen ipsum ad- re ad deū non  
 cedere nec inuenire possumus, sine MEDIATO- adceditur.  
 R. B. siue antrorsum, siue retrorsum, siue ad dextrā,  
 siue ad sinistram eum quæsiuerimus, semper abest,  
 nunq̄ comprehenditur: nam etiamsi conati fuerimus,  
 eum sine mediatore adcedere, deterret tamen nos ab  
 ingressu, partim caligo in qua habitat, partim poten-  
 tia & maiestas, partim iusticia eius, id quod pulchre  
 adumbratū est, Hester 4. in lege Assueri: ita enim ha-  
 bet lex, Quisquis non uocatus intra atrium regis in-

ANNOT. IN HIOB

trauerit, absq; ulla cōtentione statim interficitur, nisi forte rex auream uirgam ad eum tetenderit, in signū clementiæ. Delineat aut aurea uirga Euāgelion. Sic alibi dicitur ad Moſen, nō uidebit me homo & uiuet: posteriora mea uidebis. Igitur si posteriora, hoc est, Verbum & ἔγωγε Christus IESVS nobis occultatus fuerit, solo iudicio proposito, nemo ad Dei conspectum penetrare potest: ita et Christus ait: Nemo uenit ad patrem, nisi per me: Ego sum ostiū & uia.

Quoniam agnoscit uiam quæ mecum est, probat me, ut quasi aurum egrediar,

In uestigio suo teneo pedem meum, uiam suam custodiui, & non nutaui.

A mandato labiorum suorum nō recessi, ultra quam mandatum est mihi, custodiui uerba oris eius.

Sed ipse unus est quis respōdebit ei? & quæcunq; anima eius desyderat, facit.

Si retribuuerit (iuxta) meritum meum, ecce tamen adhuc multa coram ipso sunt (propter quæ posset adfligere)

Idcirco a facie eius turbatus sum, considerans uereor ipsum.

Et Deus molliuit cor meum, & omnia potens exterret me.

Quia non abs sum a tenebris, nec a facie mea occultatur caligo.

QUONIAM AGNOSCIT &c.

Cur deus probet cruce pios.

Hoc est, non solū hac parte, iniustū Deum iudico, quod præter meritum me tanta adflictione puniat: verum etiam, quod uelut ignarus torturis me probet: cum tamē omnium mearū rerum conscius sit, atq; hæc est mirabilis Dei sapientia, quæ rationi humane potest licentiosa libido uidetur, quod omnes homines in tuis & in cute noscat, probet tamen eos cruce, & adflictionibus, uelut aurum igne. Abraham erat Deo cognitus, priusquam Isaac nasceretur, eo tamen adulto, tentauit Deus Abrahamū, dicēs: Imola filiū unigenitum &c. & postea, nunc cognoui quod timeas deū, quasi uero antea ignorasset pietatē eius. Ita & nunc conuenitur Hiob, se unde quaq; tentari, ac probari, quamquam antea Deo notissimus sit: sed hæc ideo fit, ut Dominus declaret in sanctis constantibus suā potentiam, & cadentibus, eorum infirmitatem: ad hæc, ut uel uocationis suæ certi fiant, si constant, uel obsequia si ceciderint, agnoscant.

INVESTIGIO SVO TENEO PEDEM.

Hoc est, an non immerito adfligor, quandoquidem ambulo in uis Domini, secutus sum legem Dei: omnia præcepta eius impleui, etiam plus quā debuerā. Verā ne Hiob hæc loquitur, siquidem cū omnia fecer

ANNOT. IN HIOB

vimus duntaxat id qđ debuius facere, fecimus? spondeo: Christus Matth. 5. legem interpretatur, quod non solū externa facinora, sed & concupiscentias cordis prohibeat. Cōmunis uero hominū capitulū putat legē impletā, si quis litera legis, externo opere satisfaciat. Prōinde cū Hiob dicat, se plus fecisse, quā mandātū fuerit, non intelligit se plura fecisse, quā lex natura sua postulet, quando nemo possit ad uitium, si gi satisfacere, nedum plura facere, sed significat se multo honestius uixisse, quā mundo debuerit: mundus enim non exigit, ut inimico beneficias, ut non ulciscaris iniuriam &c. hęc igitur quicūq; fecerit, plus quā pręceptum est coram mundo facit. Pręterea, si conferas Hiobē cū alijs hominibus, plus boni operatus est, & in pauperes contulit, quā coram hominibus debuerit: sin uero respicias Dominum precipientem, nihil est ut legem adimpleas, Ro. 8. Adfectus carnis ne potest quidem legi Dei subdi.

SED IPSE VNVS EST, QVIS &

Hoc est, quanq̄ iustam habeam causam, & legem Dei impleuerim, succumbendū tamen mihi est in iudicio Dei: propterea qđ Deus unus sit, nec habeā mediator me & Deū mediatorē: nā si Deus unus est, & nos diuersi ab eo, opus igitur erit, si accedere uoluerimus mediatorē: non propter Deum, qui unus est, sed propter nos, q̄ diuersi à Deo sumus. Sic Gal. 3. Lex data est in



est in manu intercessoris: nā si populus unus cū Deo  
fuisset, non indiguisset mediatore: igitur, quia diuersus  
fuit à Deo fuit, mediatore opus habebat: unde Hiob  
cōperitur, sibi ex oculis ereptum esse mediatorem,  
proinde omnes uias Deum adcedendi, clausas esse.

## ET QVAECVNQVE ANIMA EIVS.

Omnino mihi tacendum est, & succumbendū, quia  
solus Deus potēs est, facit pro libidine sua, quaecunq;  
uoluerit, atq; adeo etiamsi pro meriti mei dignitate,  
omnem animi sui libidinem in me expleuerit, nondū  
tamen potentie suae satisfactū est: quātuncunq; ad-  
fuerit, iudicet ac puniat, minus est, et uix scintilla eius  
quod adhuc potētia sua insugere posset: proinde tur-  
bor, terreo, contremisco, cor meum sicut cæra lique-  
scit à facie horroris Dei, tenebrae infelicitatis à me nō  
recedunt, caligo mortis semper ob oculos uersans, nō  
desino. Nam consydera, quanta sit miseria & calamitas,  
semper ob oculos mortem uidere imminentem?

## CAP. XXIII.

Vare ab omnipotente nō abscon-  
dita essent tempora, & cognosce-  
ntes eum, non uiderent dies eius &